



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XXVII. An homo sit liberi arbitrij in Moralibvs?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

*id quod potestis.* Si non patitur; ergo suâ gratiâ conseruat, nosque vallat. *Babylonis, &c. diripies spolia, & erit merces exercitui illius.* Sic & Dan. 4. *Peccata tua e- leemosynis redime;* non obstante, quod si ne fide, sine gratia Dei sis ethnicus.

*Si non supra posse;* ergo indicat posse tentationes incidere, quæ superent naturæ vires.

3. Clari Sapiens. 8. Nemo potest continens, nisi det Deus. Quò minus vincitentatio contra continentiam potest grauior, nisi det Deus.

4. Vnde P̄saltes, 27. *In te eripiar à ten- tatione.* 26. *Adiutor meus es tu, ne derelinquas me.* Ps. 117. *Impulsus, eversus sum, ut cade- rem;* & Dominus suscepit me.

## XLIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI & CALVINIANI volūt, Opera omnia infidelium esse peccata; etiam ea, quæ cum speciali sunt auxilio Dei. Idque negare, esse Pelagianismam.

CHRISTVS. Veritas dicit: Etiam sine fide ab infidelibus, & cum Dei auxilio speciali posse opera aliqua moralia bona fieri; itemque etiam sine specia li gratia Dei.

1. Ideo dixi Mat. 5. *Si salutaueritis fra- tres vestros tantum; quod morale bonum est; quid amplius faciatis?* Nonne & ethnici hoc faciunt? Eftote ergo perfecti, &c. quasidicat maiora facere concedet.

At in eo gentiles non peccant, sed bene agunt sine fide, & gratia; sed Rom. 2. Naturaliter, quæ legis sunt faciunt.

2. Exod. 1. *Quia timuerunt obſtrices Ægyptiæ Deum,* cauentes infanticidia quod bonum; ideo adiſcianit illis domos: sc. remunerans eis opus bonum.

Sic Ezech. 29. *Nabuchodonosor i merces non est reddita,* neque exercitu eius de Tyro, pſeruitate, quæ seruit mihi aduersus eam. Propterea, ecce dedi Nabuchodonosor Regem

*exercitui illius.* Sic & Dan. 4. *Peccata tua e- leemosynis redime;* non obstante, quod si ne fide, sine gratia Dei sis ethnicus.

## QVÆSTIO XXVII.

*An homo liberis sit arbitrii in MO- RALIBVS?*

## XLV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI certatim ac CALVINIANI p̄fractè negant.

CHRISTVS. At ego affirmo conſtanter totâ Scriptura.

1. Ex ea, quæ Præcepta continent; vt Decalogum, & alia Exod. 20. At fruſtra præcipit eis, qui non poſſunt non deficere; aut non poſſunt deficere; id est, qui in utroque necessitantur destituti libero arbitrio.

2. Ex ea, quæ continent Promissa Conditionata. Vt Iſaiæ 1. *Si volueritis, & au- dieritis me, bona terra comedetis.* Si nolueri- tis, gladius deuorabit vos. Amos 5. *Quarite bonitatem, & non malitiam;* & iugetis. Mat. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua manda- tia.*

3. Ex ea, quæ docet, per hominem stetisse, quo minus bene ageret, & pec- cata vitaret.

Vt Num. 14. *Gladio corrueris, eo quod nolueris acquiescere Domino.* Deut. 30. *Mandatum quod Ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eft.* Iſa. 5. *Quid potui vinea mea fa- cere, & non feci?* Mat. 23. *Quoties volui con- gregare filios tuos, & noluiſti?* Act. 7. *Vos ſemper reſtitiſtis Spiritui Sancto.*

Q 3

4. Ex



4. Ex ea, quæ dicit Deum quasi recedere exploratum, quò studia vergant hominum: Vt Deut. 8. Adduxit te Dominus XL. annis per desertum, ut affligeret te, & tentaret, & nota fierent, que in animo tuo verabantur. Ibid. c. 13. Tentat vos Dominus, ut videat, si diligatis eum. At frustra exploraret homines Deus, nisi liberi essent arbitrij.

5. Gen. 4. Si benè egeris, recipies; sin male, statim in foribus peccatum aderit. Sed sub te erit app. eius, sc. peccati; & tu dominaberis illius actionis tuae per arbitrium. Eccl. 15. Deus reliquit hominem in manu consilii sui. &c.

6. Deut. 30. Proposuit vitam & mortem. Et. Elige ergo vitam, ut viuaes. Ios. 4. Optio vobis datur, cui potissimum seruire debeatis. Eccl. 31. Qui potuit transgredi, & non est transgressor. 1. Cor. 7. Qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem; sed potestatem habens sua voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo, seruare Virginem suam; benè facit. 2. Cor. 9. Vnusquisque prout destinauit in corde suo; non ex tristitia aut necessitate: hilarem enim datorem diligit Dominus.

### QVÆSTIO XXVIII.

An homo post lapsum si liberi arb. in rebus SV. ERNATURALIBVS?

### XLVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI & CALVINIANI negant; sed à Deo cogiac salutari volunt voluntates electorum. Vide Lutherocalvin. p. 4. q. 47.

CHRISTVS. 1. Ego verò in pijs occupatos dixi operarios, edificatores,

plantatores, cooperatores: agunti gtur aliquid; non passiuè aguntur. Mat. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem. Talis erat qui dixit, 1. Cor. 3. Ego plantauis Apollo rigauit; Deus autem dedit incrementum. Ibid. Vnusquisque autem mercedem accipiet secundum suum laborem. Dei enim sicut Coadiutores: id est πάντας, proprium laborem. Sic Mar. vlt. Pradicauerunt ubique, Di mino cooperante: & confirmante sermonem sequentibus signis.

2. Scripturæ imperant, suadent opera pictatis & conuersionem, ut hominibus liberi arbitrij: alioquin suadere coactis stultum est. Vt Zach. 1. Ios. 2. Convenerint ad me. &c. It. 1. Lauamini, nūdūstote. Ioa. 6. Operamini nō cibū, qui perirent; sed qui permanet in vitam eternam. Ibid. Quod faciemus, ut operemur opera Dei? Respon di: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille. Hinc Phil. 2. Cum metu & tremore salutem vestram operamini. Deus enim, qui operatur in vobis.

3. Scripturæ docent, homines à Deo iuuari; ut qui nō nihil agat. Pl. 26. Actitor meus es tu, ne derelinquas me. Ps. 69. Deus in adiutorium meum intende. Rom. 8. Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Quod postulat pro nobis gemitis inenar. 1. Cor. 15. Plus omnibus laborauit; non autem ego, sed gratia Dei mecum. De quo Aug. 1. de grat. & lib. arb. c. 15. Nec gratia Dei sola; nec ipse solus; sed gratia Dei cum illo.

4. Denique Scripturæ docent vocatacos posse non venire. Vt Proru. 11. Vocavi, & renuistis. Mat. 23. Volsi tuos cogitare, & noluisti. Act. 7. Vos semper spiritu Sancto restitistis. Apoc. 3. Ego sto ad ostium, & pulso; si quis aperuerit mihi, intrabo ad eū. Quæ omnia lib. arbitrium testantur.

QVÆ.